



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventuræ Episcopi Cardinalis Albanensis,
Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>
Bonaventura <Heiliger>**

Antverpiæ, 1591

De disciplina circa ea quæ ad corpus sunt. Cap. XVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53148)

De disciplina circa ea quæ ad corpus sunt.

CAP. XVIII.

HABITO de disciplina circa spiritualia, sequitur de ipsa circa corporalia. Et primò circa ea, quæ in nobis sunt: Secundò circa ea, quæ extra nos sunt. Respectu eorum quæ in nobis sunt: primò videndum est de disciplina respectu totius corporis, quantum ad gestum: secundò respectu partium corporis, quantum ad actum. Et primò, respectu linguæ, quantum ad duo opera naturæ, in quibus congruit officium linguæ, scilicet quatum ad loquelam & gustum. Secundò, respectu manuum, ut in exercitio manuali. Tertio, respectu pedum, ut in incessu. Quarto, respectu membrorum omnium, quantum ad aliqua ipsorum officia. Deinde circa ea, quæ extra nos sunt. Primò quantum ad ea quæ de propè, ut est vestis & habitus. Secundò quantum ad ea quæ de longè, ut sunt officinæ.

De disciplina in gestu.

CAP. XIX.

CIRCA disciplinam in gestu (qui modus & figuratio membrorum & corporis dicitur) duplex est custodia adhibenda. Prima est, ut vnum membrum alterius officium nõ usurpet, aut eius ministerium sui admixtione confundat. Si os loquitur, caput non agitetur, manus non moueatur, & sic de aliis: ut dum alterum membrum operatur, alterum quietum omnino permaneat: aut si opera eius necessaria illi esse cognoscitur, ad operandum ordinatè moueatur. Secunda disciplinæ custodia

*Ex Hugo-
ne de S.
Vist. 10.2.
insti. mon.
ad nouit.
c. 12. sub
finem.
Gestus re-
ligiosorū
quales esse
debeant.*